

Magerio giustiziere

XLVII 113

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Magerio giustiziere

XLVII 113

1223-10

+ Sancte et individue Trinitatis nomine. Anno incarnationis Domini nostri Ihesu Cristi. Millesimo ducentesimo vicesimo tercio. Regnante domno nostro Frederico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper Augusto et rege regni Sicilie. Mense Octobris, indictionis duodecima.

Congregata curia in civitate Satriani domino Rogerio de Iosolino baiulo in domo episcopii presentibus ibidem domno Nicolao venerabili episcopo, Mario iudice Dianii, Roberto et Ursone iudicibus ac aliis quam pluribus bonis hominibus dicte civitatis domnus pius Iacobus cavensis vesterarius et domnus pius Iacobus prior Sancti Blasii de Salvia venerunt in eadem curia cum litteris domni Henrici de Morra, Mageri iusticiarii pro parte abbatis cavensis monasterii continentibus in hunc modum Henricus de Morram magne imperiali curiam magnam iusticiaria baiulis et iudicibus Satriani salutem venerabilis abbas cavensis monasterii in imperialis curiam coram nobis graviter est conquestus quod quidam ex hominibus ... nequitia ducti monasterium suum de quadam ... ecclesie sue Sancti Blasii de Salvia iuste spectante in preiudicium et guadium monasterii sui molestant indebite et pertb... ..piat serenitas omnia iura ecclesiarum velut penitus integra et inviolata servari, mandamus vobis ex imperialis parte auctoritate qua fungimus firmiter iniungendo quatinus super h... ..inquirere diligencius veritatem et si vobis constitetis ita esse molestatores iscle monasterii supradicti de certo taliter conquiescete compellatis ut pro inde iteratus clamor ad imperialem curiam nostram recurat. Datum Satriani, vicesimo tercio Septembris, indictionis duodecime. Nos itaque supradicti baiulii et

iudices Satriani audientes tantum et tale mandatum cupientes illud pro posse nostro secundum iuris ordinem ad effectum perducere diximus dictis vesterario et priori quod pro parte dicte cavensis ecclesie cum litteris ipsis venerant ut contra quos vellet actionem eorum proponerent de turbationem et molestationem iscle predicte. Qui statim habito consilio proposuerunt contra Rogerium de Iosolino quod ipse contra iusticiam turbabat et molestabat moanasterium Sancti Blasii de Salvia de iscla que est in loco qui dicitur Mons Planus et est prope flumen Sancti Angeli de fracta ipso monasterio ex dono feliciter memorie regis Guillielmi iuste et rationabiliter pertinente unde petebant habere iusticiam dictus uno Rogerius habito consilio respondit dictam isclam predicto monasterio iure non pertinet quia ut dicti vesterarius et prior asserunt ex dono memorati regis dictum monasterium ipsam non habuit ... eam aliquo tempore rationabiliter possedit, ad hoc dicti quidem vestararii et prioris fundandam intencionem eorum produxerunt in curia hos testes videlicet de terra Salvie fratrem Rogerii, Magerum, Guillelmi francigenam, Guarinum militem, Salvum cessorem, fratrem Raelem, Oloritum, Petrum, Ragabertum et Guidonum de casalis Sancti Angeli de fracta, Rogerium abbatem, Matheum de Marsiana, Iohannem saracenum et Obtavianum de Bisante, quos priusquam dicent presente dicto Rogerio ad Sancta Dei Evangelia iurare fecimus in hac curia pro utraque parte testimonium dicere veritatis et postea eos separare fecimus et quod dixerint in scriptis deposuimus, frater Rogerii dixit quod terram felicissimi regis est dono prius Desideius qui tunc erat prior Sancti Blasii, ivit ad dictum dominum regem et precibus archiepiscopi Montis regalis supplicavit ei ut dictam isclam eidem ecclesia

donaret et domnus rex attendens supplicationes dicti archiepiscopi familiaris suus, dictam isclam ecclesie nominate dedit et vidit litteras quas dictus prior predicta donatione attulerat a dicte domno rege et postmodum ipsa ecclesia tenuit et possedit eam donec dictus rex vixit et post decessum ipsius usque ad tempore comitis Guillelmus, Mager, Guillelmis fracigenam iddem dixit Guarinus de Salvia miles dixit quod vidit dictam isclam tenit a dono prio Desideio priore pro parte ecclesie iamdicte et isdem prior ipsam isclam fecit ab hominibus ipsius ecclesie pacare et incidere quia erat numus et silva inculta et hoc extitit tempore regis Guillielmi et post decessum ipsius dicta ecclesia tenuit et possedit eam pacifice et quiete frater Raelis iddem dixit Salvum cessor, Oloritus, Petrus, Ragabertus et Guido... iddem dixerunt, Rogerius abbas dixit quod ecclesia dicta Sancti Blasii sub tempore domni regis Guillielmi dictam isclam tenuit et possedit pacifice et quiete et post decessum ipsius dicta ecclesia tenui eam et laborandum Matheus de Marsianum, Iohannes saracenus et Obtavianus de Bisante iddem dixerunt hiis itaque supradictis testibus receptis legitime dicta eorum in curia palatina fecimus publicum dicentes dicto Rogerio de Iosolino et aliis domnis imperatoris fidelibus ut si aliquid contra dictos testes vel contra dicta eorum vellent obicere minime inde cessare debent qui ad requisitionem nostram contra personas et dicta testium predictos nichil dicere voluerit sed etiam plures de adsistentibus dicta testium confirmaverint. Hos itaque dicti iudices fat... habito super hoc consilio dicti venerabilis episcopi, Marii iudicis Diani et aliorum bonorum ac sapientum virorum et certificati de curia per testes supradictos, adiudicavimus sentencialiter

possessione dicte iscle ecclesie memorate ut dictam isclam ipsa ecclesia quiet habeat et possideat, sicut in tempore memorato dicti felicissimi domnis regis Guillielmi eam habuit et possedit, et quia de predictis fine speciale mandato dominis Mageris iusticiarii instrumentum face distuleramus per predictos vesterario et priore a parte dicti Mageri iusticiarii ...taras litteras recepimus per omnia taliter continentis Henrico de Morra, magne imperialis curia magno iusticiario, baiulo et iudicibus Satriani amicis suis salutem et amorem sui cum venerabilis cavensis abbatis nuper in imperialis curia querelam accepimus continentem quod cum a nobis in eadem imperialis curia nobis litteras impetrasset ut super turbatione et molestatione a quibus da... de fat... in quadam iscla ad ecclesiam suam Sancti Blasii de Salvia iuste spectante nequitia facta deberis inquirere diligentius evitaret et si res ita nobis constaret turbatores et molestatores iscle dicti monasterii a turbatione et molestatione eiusdem taliter conquiescent compelleretis ut iteratus clamor ad nostram audienciam non ferretur, dum curia congregata a parte dicti cavensis monasteri satis sufficienter probatum esset qualiter dictum monasterium Sancti Blasii a ... regis felcium dictam isclam quiete possedat et etiam a nobis iudicibus fat... de eadem iscla auditis rationibus monasteri supradicti fuisset ei sententialiter adiucata possession vos de his que coram nobis acta fuerit sine spetialis mandato nostro sicut dixit instrumentum facere penitus facere recusastis verum ex officio iudicum sic procedat in ea que coram eis ... negotia scriptura publica reddigi ... per eosdem mandamus vobis ex imperialis parte auctoritate qua fungimus firmiter iniungendo quatinus si est ita sicut ex ipsius abbatis querela co... de

omnibus supradictis sicut coram nobis tractata fuerit et iustum iudicis instrumentum fierit publicum faciatis ut pro inde ad imperialem curiam ...tata querimonia non recurrat. Datum Satriani, septimo decimo Martii, indictionis duodecime.

Unde tam ex ipsius iuris auctoritate quam et dedicti dominus Mageris iusticiari mandato hoc presens instrumentum in quo totius rei series et processus cause continet. Ego ipse Urso satrianensis iudex manu propria scripsi. Qui et ... monasterium mandato et post que infra ... legunt non noceant. Anno, mense et indictione pre...latis + Signum manus proprie supradicti episcopi satrianensis + Ego Guilielmus archidiaconus testor et affirmo quicquid supra dicere cerno. + Ego Robertus iudex Satriani testis sum + Ego Urso iudex qui et sum + Signum manus proprie Roberti de Agamuto miles + Signum manus proprie Roberti de Orichia.